

nostri in hunc modum. *Se föregående N:o 602.* Mandatis itaque venerabilis patris magistri ordinis obtemperare ut dignum est cupiens. presentes litteras nostro sigillo vestre caritati transmitto signatas rogans uestram dilectionem et attentius monens. ac in remissionem peccatorum uobis iniungens. quatenus que in eisdem litteris continentur exacta diligencia prosequi studeatis. ut exinde uestra obediencia apud memoratum patrem magistrum ordinis et me. merito poterit commendari. Valet et orate pro me. Datum Skr. anno domini. M°.CC°.LXXV. jn nostro capitulo prouincialj.

Sigillet, tryckt i rödt vax å frånsidan af brefvet, är bortfallet.

604.

1275 d. 12 Dec.

Lödöse.

Konung WALDEMARS stadfästelse på de af BIRGER JARL, Handlande från Hamburg förlänte Förmåner.

K. i. 2: 66.

WALDEMARUS Dei gratia Rex Sveorum omnibus præsentibus litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noverit vestra universitas, quod illam, quam inclytus Princeps pater noster Dominus Byrgerus felicitis memorie Dux Sveorum gratiam Burgensibus de Hamborch donaverat, de nostra voluntate libera præsentibus confirmamus, &c. Datum Ledosum anno Domini M°.CC°.LXXV. quinta feria post festum B. Nicolai proxima, in nuptiis filie nostræ perdilectæ & Comitissæ Gerardi illustris de Holsatia.

605.

1275 d. 24 Dec.

Davö.

Konung MAGNUS I:s Salubref på Näs i Walla härad till Bisk. ERIC i Skara och qvitto på erhållen betalning.

A. 3. 2: 1: 4.

Omnibus presens scriptum inspecturis vel auditoris. Magnus Dei gratia Rex sweorum salutem jn omnium saluatore. Tenore presencium constare volumus vniuersis. Nos curiam quandam Que dicitur. nes jn prouincia Wallahered sitam. Cum molendino prope curiam ipsam & colonatu cum silua de ystreem. & aliis omnibus mobilibus & immobilibus. videlicet aruis. pratis. pascuis. piscacionibus & nemoribus. eidem curie adiacentibus venerabilj patri Domino. E. Scarensi episcopo legaliter vendidisse. sibi successoribusque suis juste titulo empconis perpetuo possidendam Recognoscimus jnsuper predictum Dominum episcopum totum precium pro curiis & bonis superius prenotatis nobis plenarie persoluisse. Ad abholendam jgitur tocius calumpnie ma-

teriam. Que tum propter temporis diuturnitatem tum humane memorie labilitatem posset in posterum suboriri presentibus sigillum nostrum vna cum sigillis venerabilium patrum & Dominorum. F. vpsalensis. He. Linco-pensis. E. Scarensis. A. Strengianensis. K. Arosiensis. A. Vexionensis. suffra-ganeorum eiusdem duximus appendendum. Actum jn Daphø anno Dominj millesimo ducentesimo. septuagesimo. quinto. jn vigilia natiuitatis Dominj.

Sigillen N:o 1, 3, 4, 6, 7 skadade, N:o 2, 5 bortfallne.

606.

1275 d. 31 Dec.

Davö.

Konung MAGNUS Is Gåfvobref på Röthelunda till inrättande af ett nytt Kanonikat i Upsala.

A. 7. a. 1: 8.

MAGNUS Dei Gratia Rex Sweorum. Omnibus tam presentibus quam fu-turis. presentes litteras inſpecturis. Salutem in domino sempiternam Quamuis creatura non habeat quid suo pro beneficiis respondeat creatori, summo ta-men curandum est studio ut laudes & gracias quas poterit recompendat ne ingratitude filios hominum reos constituat, quos donis seu gratiis maioribus non desinit honorare. Cognoscentes igitur apud nos graciaram munera cu-mulari. dignum est ut ipsum patrem Luminum, a quo omne donum perfe-ctum est descendens. ipsiusque sponsam Sacrosanctam videlicet ecclesiam quan-tum possumus honoremus. Nouerint. igitur vniuersi, Quod Nos in die intronizacionis & eleccionis nostre, in Ecclesia Vpsalensi quandam Canoniam de nouo iniciauimus ad dei omnipotentis gloriam & honorem. Cui Curiam Røthalund ¹⁾ cum siluis pratis piscacionibus agris & coloniis, omnibusque pre-diis & possessionibus eidem attinentibus, perpetuo duximus annectendam. concedentes insuper venerabili patri domino Vpsalensi Eiusdemque Capitulo ius presentandi & conferendi cui placet. Ne igitur super hiis aliqua Calum-pnia seu sinistra suspicio possit inposterum generari, presenti littere sigillum nostrum, & venerabilis patris domini. F. Vpsalensis Reuerendorumque do-minorum, Omnium ipsius suffraganeorum sigilla, qui huic collacioni aderant personaliter, duximus apponenda. Datum dauø. anno. domini. M°.CC°.LXXV°. pridie kal. januarij.

Volumus eciam dictam Canoniam, procesu temporis cum omni bono dante domino augmentare.

Pergamentsremsorna sitta qvar efter 8 bortfallne sigill.

¹⁾ Rødhalund B. 2: 96.